

Ba₂, ~Le₁ ‹1a› In ordinatione presbiteri siue diaconi oportet episcopis misas agere. ‹1b› Similiter Greci faciunt quando abbatem elegunt uel abbatissimam.

II. In monachi uero electione tres orationes dicat abbas super 5 monachum; et VI diebus uelatum debet caput habere coculo suo, et septimo die abbas tollere uelamen, sicut in baptismo presbiter VII^o die uelamen infantum aufert: ita abbas debet monacho, quia secundum baptismum est iuxta iudicium patrum, et omnia peccata demittuntur sicut in baptismo.

10 ‹2b› Abbas autem qui presbiter est potest abbatissimam consecrare cum misé cælebratione.

III. In abbatis ordinatione episcopus debet misam agere; papa tamen benedicet eum cum collectione inclinato capite II uel tribus fratribus; et dat ei baculum et pedules.

-Le₁ IV. Sanctimoniales et basilicę sanctorum ab episcopis cum misa semper debent consecrari.

‐4b› Greci similiter uiduam et uirginem, et utramque elegunt abbatissimam.

‐4c› Romani nolunt uiduam.

20 V. Nullum perfectum credimus in baptismo sine confirmatione episcopi; nec tamen disperamus.

VI. In Necena sinodo crisma fuit conpositum.

VII. Abbas potest cum humilitate cum promitione episcopi locum suum delinquere. Tamen fratres elegunt sibi abbatem de ipsis si habent; 25 sin autem de extraneis.

VIII. Nec episcopus debet uiolenter retinere abbatem in loco suo esse.

Textus ex Ba₂ laudatus

Variae lectiones (in cc. 1–4a tantum) ex Le₁ haustae

1 in] DE ORDINATIONE *praem.* Le₁ | epis codd. 2 eligunt Le₁ 3 abbatissam Le₁ 4 II om. Le₁ 5 VI] VII Le₁ 6 septimo] VII^{mo} Le₁ | prbt VII^{mo} Le₁ 8 demit Ba₂, dimittuntur Le₁ 10 prbt Le₁ | abbatissam Le₁ 12 III om. Le₁ | epis Le₁, epis Ba₂ 13 II] cum duobus Le₁ | tribus] III testibus de Le₁ 15 sanctimoniales] scāemoniales Le₁ | epis Le₁; hic textus desinit in Le₁ 20 pfectum Ba₂ 21 epis Ba₁ 23 pmmissione Ba₂^{p.c.}, pmmission Ba₁^{a.c.} | epis Ba₂ 26 epis Ba₂

1a: C1, D1a, G2a, XVIII.2a | 1b: C2, D1b, G2b, XVIII.2b | 2a: C3, D2, G3, XVIII.3 | 2b: C4, D3, G5, XVIII.4 | 3: C5, D4, G4a, XVIII.5 | 4a: C6, D5, G6, XVIII.6 | 4b: C7a, D6a, G7, XVIII.7a | 4c: C7b, D6b, G11, XVIII.7b | 5: C173, D7, G12, XIX.5 | 6: C174, D8, G4b, XIX.6 | 7: C8, (D71 ?), G14, XXI.1 | 8: C9, G13, XXI.2

VIII. Congregatio debet elegere sibi abbatem post mortem prioris,
uel eo uiuente si ipse discesserit uel peccauerit.

30 9b> Ipse non potest ordinare aliquem de suis propinquis sine
uoluntate fratrum.

X. Sacrificium non est accipiendum de manu sacerdotis qui
orationes uel lectiones secundum ritum non potest implere.

35 XI. Cum Grecis diacones non frangunt panem sanctum nec
collectionem dicunt 11b> uel 'dominus uobiscum' nec completa.

XII. Qui bis baptizati sunt ignorantes, non indigent pro eo
penitentiam; sed secundum non possunt ordinari nisi pro magna
necessitate.

40 XIII. Qui autem non ignorari baptizati sunt iterum, quasi Christum
iterato crucifixerunt, penitentim VII annis: IIII et VI feria et tribus XL
si pro uitio aliquo; 13b> si autem pro munditia si licitum putauerint,
tribus annis.

45 XIV. GRECI ET ROMANI DIE DOMINICO NAVIGANT ET equitant,
panem non faciunt nec in curru ambulant nisi ad ecclesiam tantum,
nec balneant se.

14b> Greci nec scribunt publicę seorsum, tamen pro necessitate in
domo scribunt.

50 XV. Operantes uero die dominico: Greci prima uice arguunt;
secunda tollunt aliquid; tertia uice tertiam partem de rebus et
uapulant, uel VII diebus peniteant.

XVI. Greci et Romani seruis suis dant uestimenta et laborant sine
dominico die.

XVII. Grecorum monachi seruos non habent; Romani habent.

55 XVIII. Ligna ecclesię non debent in aliud opus nisi ad ecclesiam uel
igni conburantur uel ad profectum in monasterio fratrum.

18b> In laica opera non debent procedere.

40 penitentim sic Ba₂ 43 ET²] E add. Ba₂ 50 penit Ba₂ 55 pfectum Ba₂

9a: C10, D71, G15, XXI.3 | 9b: C11, D71, G16, XXI.4 | 10: C22, D9, G17, XVII.10 | 11a:
C32a, D10a, G18, XVII.14a | 11b: C32b, D10b, XVII.14b | 12: C65, D11a, G24, X.1 | 13a:
C66a, D11b, G33a, X.2a | 13b: C66b, G33b, X.2b | 14a: C71, D12, G54, XXIII.1 | 14b: C72,
D13, G55a, XXIII.2 | 15: C73, D14, G55b, XI.1 | 16: C74, D15, G56a, XXIII.3 | 17: C75,
D16, G56b, XXIII.4 | 18a: C54a, D17a, G134a, XVI.3a | 18b: C54b, D17b, G134b, XVI.3c

XVIII. Elesiam licet ponere in alium locum, si necesse sit, et non debet iterum sanctificari, sed per presbiterum aqua tamen aspargitur.

XX. Greci morticinium carnem non dant porcis suis.

60 XXI. Pelles autem morticiniorum ad calciamenta liceant; lana et cornua liceant nisi in sanctum aliquod.

XXII. Porci tamen, si casu comedent carnem morticinam aut sanguinem hominis, non abicienda credimus.

65 XXIII. Animalia quæ a lubis uel canibus consummantur non sunt comedenda porcis, <23b> sed feris et canibus relinquenda; <23c> nec ceruus nec caprus si mortui inuenti sunt.

XXIV. PISCES AVTEM LICENT QVIA alterius naturæ sunt.

<24b> Aues et animalia cetera si in retibus strangulantur — etsi non strangulantur — non sunt comedenda, nec si ancipiter consummauerit 70 si mortua inueniuntur, quia capitula quattuor actuum apostolorum ita preciperunt, id est abstinere a fornicatione, a suffocato sanguine et ab idolatria.

<24c> Equum non prohibent; consuetudo tamen est non comedere.

<24d> Leporem licet comedere, et bonus est pro sinteria, et fel eius 75 miscendo cum pipero pro dolore iecoris.

cf. Act 15:29

XXV. De peste mortalitatis Greci et Romani dicunt ipsos infirmos uisitare debere sicut et ceteros infirmos, ut a domino preceptum est.

*cf. Mt 25:36
/25:43*

80 XXVI. Greci omni die dominico commonicant, clerici et laici; et qui tribus dominicis diebus non commonicauerint excommonicantur sicut canones habent.

XXVII. Romani omni dominico commonicant qui uolunt; qui autem uoluerint non excommonicantur.

XXVIII. Greci et Romani tribus diebus abstinent se a mulieribus (sicut in lege scriptum est) ante panes praepositionis.

cf. 1 Sm 21:5–6

57 elesiam *sic Ba₂* 64 lubis] lupis *Ba₂^{p.c.}* 82 uoluerint *sic Ba₂* (*male pro* noluerint)

19: C53, D18, G135, XVI.1a | 20: C114a, D19a, G136a, XXIII.7a | 21: C114b, D19b, G136b, XXIII.7b | 22: C115a, D20a, G137a, XXVI.7a | 23a: C118a, D21a, G138a, XXVI.1a | 23b: C118b, D21b, G138b, XXVI.1d | 23c: C118c, D21c, G142a, XXVI.1b | 24a: C120, D21d, G142b, XXVI.3 | 24b: C113, D168, G143, XXVI.2 | 24c: C121, D22, G144, XXVI.4 | 24d: C122, D169, G145, XXVI.5 | 25: C175, D24, XXIII.6 | 26: C49, D25a, G59a, XII.1 | 27: C50a, D25b, G59b, XII.2 | 28: C108, XII.3

85 XXVIII. Penitentes secundum canones non debent commonicare ante consummationem penitentiæ. Nos autem pro misericordia post annum uel VI menses licentiam damus.

XXX. Vna penitentia est uiduae et puelle; maiorem meruit quæ uirum habet si fornicationis crimen comiserit.

90 XXXI. Si quis dimiserit gentilis uxorem gentilem, post baptismum in potestate eius erit habere eam uel non habere.

31b Simili modo si unus eorum baptizatus est, alter gentilis, 31c sicut apostolus dicit: *In fidelis si discedat, reliqua.*

1 Cor 7:15

95 XXXII. In tertia propinquitate carnis secundum Grecos licet nubere, 32b sicut in lege scriptum est; in quinta secundum Romanos, tamen non soluunt in tertia postquam fuerit factum.

*cf. Lv 18:10,
18:12-14*

32c In tertia tamen propinquitate non licet uxorem alterius accipere post obitum eius.

100 32d Legitimum coniugium non licet separare sine consensu amborum.

32e Post hec alter alteri licentiam dare 32f accedere ad seruitium dei in monasterium et sibi nubere, si in primo conubio — secundum Grecos canonicum non est. Sin autem in secundo non licet et in tertio uiuente uiro uel uxore.

105 XXXIII. Dagamus penitens uno anno: IIII feria et sexta et III XLmis abstineat se a carnibus; non demittat uxorem.

XXXIIII. Trigamus uel supra — id est in IIII uel V uel plus — VII annis: IIII et VI feria et in tribus XLmis abstineat a carnibus; non separantur tamen. Bassilius iudicauit; in canone autem IIII annis.

110 34b In primo coniugio presbiter debet misam agere et benedicere ambos, et abstineant se postea ab ecclesia XXX diebus et uacent orationibus, et commonicant postea cum oblationibus.

XXXV. Cuius uxorem hostis abstulerit et non potest repetrere eam, licet ei aliam accipere. Melius est quam fornicare.

115 35b Si postea redierit uxor, non debet recipere eam si aliam habet; sed ipsa accipiet alium uirum si unum ante habuit.

86 p om. *Ba₂^{a.c.}* 94 propinquitate] propinqu***** *Ba₂^{a.c.}* 112 commonicant *scripti*, commō *Ba₂* 113 repetrere eam *scripti*, repetreram *Ba₂*

29: C51, D26 (D115d ?), G123, XII.4 | 30: C176, D27, G124, II.14 | 31a: C84, D28, G75, XXVII.18 | 31b: C85a, G76, XXVII.19a | 31c: C85b, G77a, XXVII.19b | 32a: C82a, D29a/D158a, G78a, XXVII.26a | 32b: C82b, D29b, G78b, XXVII.26b | 32c: C83, D30, G78c, XXVII.27 | 32d: C79, D158b, G65, XXVII.7 | 32e: C80a, D158c, G84a, XXVII.8a | 32f: C80b, G84b, XXVII.8b | 33: C177, D31, G85/G177a, XIV.2 | 34a: C178, D32, G177b, XIV.3 34b: C78, D34, G62, XIV.1 | 35a: C86, D36a, G72a, XXVII.24 | 35b: C87a, D36b (D103e ?), G72b, XXVII.25a

XXXVI. SIMILITER SERVI TRANSMARINI.

36b> Vota stulta frangenda sunt et importabilia.

XXXVII. Mulieri non licet uotum uouere sine licentia uiri sui; si
120 uouerit, nihil est.

XXXVIII. Si quis maritus (uel si qua mulier) uotum habens
uirginitatis adiungitur uxori postea, non demittit uxorem; peniteat
annis IIII.

XXXVIIII. Cuius uxor fornicata fuerit licet eam dimittere et aliam
125 ducere.

XL. Mulieri non licet uirum dimittere fornicantem et alium
accipere, <40b> nisi forte pro monasterio. Basilius iudicauit.

XLI. Pro defuncto monacho misa agatur die sepulturę eius et tertia
die; postea quantum uoluerit abbas.

130 <41b> Pro laico bono tertia die uel VII post ieunium; pro penitentię
XXX uel VII, et propinquos eius ieunare VII diebus et oblationem
offerre oportet, sicut in Iesu filio Sirac legitur: Et pro Saul filii
Israhel ieunauerunt; postea quantum uoluerit praesbiter.

cf. 2 Sm 1:12

135 XLII. Secundum Grecos presbitero uirginem sancta uelamine
consecrare et reconciliare penitentem et facere oleum exorcizatum et
infirmis (si necesse sit) crisma. Secundum Romanos autem non nisi
episcopis solis.

140 XLIII. Mulieres menstruo tempore non intrent ecclesiam nec
commonicent, nec sanctimoniales nec laice; si presumant, III
ebdomadibus peniteant.

<43b> Similiter peniteant quae intrant ecclesiam ante mundum
sanguinem post partum, id est XL diebus.

<43c> Qui nubserit his temporibus XX dies peniteat.

145 <43d> Qui nupserit dominico die petat a deo indulgentiam, et uno
die uel V uel III diebus peniteat.

XLIIII. Non licet homini a seruo suo auferre peccuniam siue
uoluntate eius quam ille labore suo adquisiuit.

122 penit Ba₂ 132 p Ba₂ 138 nec bis repetit Ba₂ 141 peniteant scripsi, peniti Ba₂ 145 V sic
Ba₂ (male pro II)

36a: C87b, G72c, XXVII.25b | 36b: C202, D38, G64, XIV.6 | 37: C89, D39, G69, XIV.7 | 38:
C88, D37, G63, XIV.5 | 39: C90, D163, G66, XXVII.5a | 40a: C91a, D164, G67a, XXVII.6a
40b: C91b, G67b, XXVII.6b | 41a: C41, D40a, G131a, XX.3 | 41b: C44, D40b, G131b, XX.6
42: C29, D41, G8, XVIII.8 | 43a: C105, D42a, G125, XIV.17 | 43b: C106, D42b, G126a,
XIV.18 | 43c: C107, G126b, XIV.19 | 43d: C76, G127, XIV.20 | 44: C179, D165, G164,
XXVIII.3

- XLV. Qui occiderit hominem, XL diebus abstineat se ab ecclesia.
- 150 XLVI. Catacumini cum baptizatis edere non debent ‹46b› neque osculari eos; quanto minus cum gentilibus.
- XLVII. Baptizati a presbitero non baptizato iterum baptizarentur.
- XLVIII. Oratio potest sub uelamine esse cum necessitas cogit.
- XLVIIII. Mulieres possunt sub nigro uelamine sacrificium accipere.
- 155 L. Presbitero non licet peccatum episcopi prodere quia super eum est.
- LI. Demonium sustenenti licet petras uel olera habere sine incontatione.
- LII. Infans pro fante potest dari ad monasterium deo, quamuis alium uouisset; sed tamen melius uotum implere.
- 160 ‹52b› Similiter peccora cetera si necesse est.
- LIII. Rex si alterius regis terram habet, potest dare pro anima sua.
- LIIII. Lauacrum capitis potest esse dominico, et in lexia lauare pedes licet.
- LV. Episcopus in campo confirmare licet si necesse est.
- 165 ‹55b› Similiter presbitero misas agere si diaconus uel presbiteri uel ipse calicem et oblationem tenuerit manibus.
- LVI. Presbiter decimas dare non cogitur.
- LVII. Gradus facere altari non debemus.
- LVIII. Reliquie sanctorum ueneranda sunt.
- 170 ‹58b› Si potest fieri candelabi ardeat per singulas noctes. Si autem paupertas loci non sinet, et non nocet eis.
- LVIIII. Incensum domino incenditur in natale sanctorum pro reuerentia diei, quia ipsi sicut lilia dederunt odorem suauitatis et asperserunt ecclesiam dei sicut incensu aspargitur ecclesia dei.
- 175 Primitus circa altare adoletur.

158 p fante *Ba₂* (*male pro pro infante*) 170 ardat *Ba₂^{a.c.}*

45: C134, G110, IV.6b | 46a: C67a, D123, G129a, XIX.11a | 46b: C67b, G129b, XIX.11b | 47: C64, XVII.13b | 48: C180, XXIX.13 | 49: C181, G9, XXII.3 | 50: C18, D170, G87, XVII.9
 51: C182, D151, XXV.5 | 52a: C183, D43a, G163, XXIX.5 | 52b: C184, D43b, XXIX.6 | 53: C185, G153, XXIX.7 | 54: C77, D44, G170a, XXIII.8a | 55a: C19, G155, XVII.1 | 55b: C20, XVII.2 | 56: C21, D45, G156, XVII.8 | 57: C55, XVI.6 | 58a: C62, D46, G165a, XVI.7 | 58b: C63, D47, G165b, XVI.8 | 59: C61, D48, XVI.9

LX. Aqua benedicta domus fidelium quoties uoluerint aspargentur.

LXI. Si qua mulier diuinationes uel incantationes diabolicas fecerit, uno anno uel XL uel tribus XLmis peniteat iuxta qualitatem culpe.

180 LXII. Mulieres quæ abhortium faciunt eodem modo II annis antequam animam habent; et postea, id est XL diebus post conceptionem seminis, ut homicidiæ in tertia XLmis.

LXIII. Sanguinem sine uoluntate de dentibus libere non est peccatum.

185 LXIV. Periures peniteant III annis. ‹64b› Sodomité VII; ‹64c› molles uno anno sicut mulier.

LXV. Inuentio in uia accipienda est; si inuenerit possessorem, reddat ei.

LXVI. Laicus non debet in ecclesia lectionem recitare nec alleluia dicere, sed psalmos tantum et responsoria sine alleluia.

190 LXVII. Mulieres possunt oblationes facere secundum Grecos, non secundum Romam.

LXVIII. Duo fratres duas sorores in coniugio habere possunt. ‹68b› Et pater et filius matrem et filiam similiter possunt habere.

195 LXVIIII. Ieiunia legitima sunt in ano tria sed populo: XL ante pascha ubi decimas soluimus; et XL ante natale domini; posticosten.

LXX. In illa die ante natale domini hora nona expleta misa in uigilia domini manducant Romani. Greci uero uespere celebrato et misa cenant.

200 LXXI. In ecclesia sanctorum in qua cadauera mortuorum sepeliuntur sanctificare altare non liceat.

‐71b› Si autem consecratum fuerit prius, misas in eo celebrare licet.

LXXII. Quicumque in misarum sollempnitatibus responsoria uel lectiones decantat cappam deponere non cogitur, sed euangelium legens super humerum ponit.

178 penit Ba₂ 184 penit Ba₂ 185 moles Ba₂^{a.c.} 189 responsoria scripsi, resp̄ Ba₂ 191 romā Ba₂ 196 uigilia] uigl Ba₂

60: C205, D146, XVI.11a | 61: C145–C146, D147, XV.4 | 62: C147, XIV.24 | 63: C186, D148, G128, VII.11 | 64a: C167, D152, VI.5 | 64b: C161a, D153, G101a, II.6a | 64c: C161b, D154, G101b, II.6b | 65: C187, D49, XXIX.9 | 66: C188, D50, G160, XVI.10 | 67: C48, D51, XXII.4 | 68a: C81a, D111, G71a, XXVII.29a | 68b: C81b, D110, G71b, XXVII.29b | 69: C189, D155, G61, XXIX.1 | 70: C38, D52 (D96 ?), (G172 ?), XXIII.5 | 71a: C56, (D98 ?), G149a, XVI.4a | 71b: C57, G149b, XVI.5a | 72: C39, D156, G174, XVII.11

205 LXXIII. Si quis pro ultione hominem occiderit, peniteat sicut homicida III annis.

⟨73b⟩ Si tamen conponere uult propinquis eius, leuior erit penitentia, id est dimedium spatium.

210 LXXIII. De pecunia quæ in aliena prouincia ab hoste alterum superante rapitur, tertia pars ad ecclesiam tribuatur et XL diebus peniteat, quia iusio regis erat.

⟨74b⟩ Similiter qui occiderit homine publico bello peniteat.

LXXV. Reconciliatio penitentiæ in cena domini tantum est ab episcopo.

215 ⟨75b⟩ Difficile sit, presbitero licentiam prebere potest necessitatis causa ut impleat.

LXXVI. Tributum ecclesiæ sicut consuetudo prouinciæ est, tantum ne pauperes in decimis uim patientur.

220 LXXVII. Animalia cogitu hominum pulluta occidentur; carnes canibus proiciuntur, sed coris utuntur. Vbi autem dubium sit non occiduntur.

LXXVIII. Porci qui sanguinem hominis gustanter tetigerint manducantur.

225 ⟨78b⟩ Sed qui cadauera mortuorum lacerantis manducant carnem eorum comedere non liceat usque dum macerantur.

LXXVIII. Si infans infirmus et paganus commendatus presbitero mortuus fuerit, presbiter deponatur.

⟨79b⟩ Si neglegentia parentum erit, uno anno ipsi peniteant.

230 LXXX. Si seruum et ancillam dominus amborum in matrimonio coniunxerit, postea liberato seruo uel ancilla si non potest redemi qui in seruitio est, ingenuus ingenuo coniugere.

⟨80b⟩ Equaliter coniugiter uir in matrimonio eis qui sibi consanguinei sunt et uxoris suæ consanguineis post mortem uxoris.

235 ⟨80c⟩ Similiter si discesserit a uiro suo dispiciens eum, nolens reuertere et reconciliari uiro suo, post quinque annos cum consensu episcopi aliam accipere licebit.

211 pent Ba₂ 222 gustanter sic Ba₂ (*male pro* gustantes) 226 infirmus] firmus (*uid.*) Ba₂^{p.c.}
228 penit Ba₂ 232 coniugiter sic Ba₂

73a: C130, D157, IV.1a | 73b: C131, IV.1b | 74a: C133 (C132 ?), D102, G154, VII.2 | 74b:
C132, (G113a ?), IV.6c | 75a: C190, XIII.2 | 75b: C191, XIII.3 | 76: C59, D53, G158,
XXIX.10 | 77: C123, D54 (D103a ?), G139, XXVI.9 | 78a: C115b, D23a/D103b, XXVI.7c
78b: C116, D23b, G138c, XXVII.8 | 79a: C23a, G161, XIV.28 | 79b: C23b, G162, XIV.29a
80a: C92–C93, D35/D103c, G73, XXVIII.4 | 80b: C94, G74, XXVII.28 | 80c: C95,
D103f/D103i/D159, G70, XXVII.20

80d> Si in captiuitatem per uim ducta est si redemi non potest, post annum potest alteram suscipere mulierem.

LXXXI. Puella XIIII annorum sui corporis potestatem habet.

240 LXXXII. In baptismo uel in crisma: qui non est baptizatus uel crismatus non potem alium suscipere.

LXXXIII. Quecumque mulier adulterium perpetrauit in potestate uiri est si uellet reconciliari mulieri adulterate. Si reconciliauerit, in clero non perficit uindicta illius: ad proprium uirum pertinet.

245 LXXXIV. In altari uno duas facere misas conceditur uno die. 84b> Et ille qui prius manducasse probatur ad osculum non permittitur.

LXXXV. Vir abstineat se ab uxore sua XL diebus ante pascha et in prima ebdomada post pascha — inde apostolus ait: Vacetis orationibus; 85b> post pentecosten septimana.

250 85c> Stando orandum est pro reuerentia diei et regenerationis.

LXXXVI. Puer usque ad quinta decimum annum sit in potestate patris sui.

86b> Puerum monasterio ante XXV annum non licet ordinare.

86c> Infantes monasterii XIIII annos carnem manducent.

255 LXXXVII. Omne sacrificium sordidum uel uetustate perditum igni conburendum est.

LXXXVIII. Conuersionem suam deo soli, si necesse est, licebit agere.

260 LXXXIX. De eclesia ubi paganus sepultus est, mundare et lactare melius est.

XC. Missas secularum mortuorum ter in anno: tertia die et nona die et XXX^{ma}, quia resurrexit dominus tertia die, et nona spiritum e misit, et Moysi planixerunt filii Israhel XXX diebus.

Mt 27:50

cf. Dt 34:8

265 XCI. Misa monachorum per singulas septimanas recitatis nominibus.

241 potem sic Ba₂ (*male pro* potest) 244 perficit Ba₂ 245 LXXXIV] LXXVII Ba₂^{a.c.}
259 lactare sic Ba₂ (*male pro* iactare) 261 secularum sic Ba₂ 262 quia] q Ba₂

80d: C96, D103j/D160, XXVII.21 | 81: C110, XXVII.36 | 82: C68, XIX.9 | 83: C97, XXVII.12 | 84a: C40a, D55a, XVI.2a | 84b: C40b, D55c, XVI.2c | 85a: C102a, D56a, XXVII.2 | 85b: C102b, D56b | 85c: C103, D161, XXIX.12 | 86a: C111, (G186 ?), XXVII.37a | 86b: C195, D162, G36, IX.9 | 86c: C196, D57 | 87: C46, XII.6 | 88: C192, D58/D150, G38a, XII.7 | 89: C58, G150, XVI.5b | 90: C45, D60, G151, XX.5 | 91a: C42, G130a, XX.4

91b Secundum Romanos dies dominico nona mortuorum non recitantur in misa.

XCII. De eo quod liberi sunt monasteriales utrum infirmos suscipiant ut simul secum habitent.

270 92b Liber sunt quoque idem lauare pedes laicorum, nisi in cena domini.

XCIII. Monachus fornicationem faciens, VII annos peniteat.

XCIV. De indulgentia malarum cogitionum si opere non implentur.

275 XCV. Liberi sunt monasteriales secularibus peniter tribuere.

XCVI. Non tardandum uota soluere deo, quia mors non Sir 14:12 tardat.

XCVII. De gradu perdita penitentia mortua est, anima uiuit.

XCVIII. Qui cum sorore fornicatur XIII annos peniteat.

280 XCVIII. Sacerdos qui tangendo mulierem coinquinatus est, XL dies peniteat.

C. Disponsatam uiro puellam non licet parentibus alio uiro tradere nisi illo omnino resistat; monasterium tantum intrare licet.

285 CI. Seruo dei nullatenus pugnare licet nisi multorum sit officio seruorum dei.

CII. De crisma panno modico: licet iterum super alterum baptizatum mittere.

CIII. Qui semen in os mittit, VII annis penitentiae.

290 CIV. Diacono non licet penitentiam alicui dare, sed episcopus aut presbiter.

266 nona sic Ba₂ (*male pro nomina*) **273** cogitionum sic Ba₂ **275** peniter sic Ba₂ (*male pro penitentiam*) **276** quia] q Ba₂ **279** penit Ba₂ **281** penit Ba₂ **283** tantum sic Ba₂ (*male pro tamen*) **289** epis aut psbiter Ba₂

91b: C43, G130b | **92a:** C193, XXI.14 | **92b:** C194, D61, XXI.15 | **93:** C162, D33, G88, VIII.6a | **94:** C163, D62, G169, VII.4 | **95:** C211, XXI.16 | **96:** C212, D63, XXIX.3 | **97:** C213, G167, IX.1b | **98:** C154, D64, G89, II.17 | **99:** C24/C150, D65, VIII.1 | **100:** C112, D145, G86, XXVII.34 | **101:** C197, D66, G114, XXIX.4 | **102:** C70, XIX.7 | **103:** C159 (C31 ?), G100 (G118b ?), II.15 | **104:** C33, D67, XVII.15

CV. Diacones possunt baptizare et cibum et potum benedicere non panem dare; **105b** similiter monachi et omnes clerici.

CVI. Qui non commonicat non accedat ad panem, non ad osculum in secula.

295 CVII. Legitimum coniugium equaliter licet in die et in nocte, sicut scriptum est: *Tu us est dies et tua nox.*

Ps (LXX) 73:16

CVIII. Maritus non debet uxorem suam nudam uidere.

CVIII. Infirmus liceat omni hora cibum et potum sumere quandocumque desiderant.

300 CX. Episcopo non liceat tollere possessionem monasterii, quamuis peccauerit abbas; **110b** sed mittat eum in aliud monasterium in potestatem alterius abbatis.

305 CXI. Non licet episcopo neque abbati terram ecclesiæ motare in aliam, licet ambe in potestate eius sunt. **111b** Cum consensu ambarum faciat.

CXII. Si quis uult monasterium suum in alium locum ponere, faciat cum consilio episcopi et fratrum suorum, et dimitat in priore loco presbiterum.

310 CXIII. Presbitero licet solo misam facere, si necesse est, et populum benedicere in parascue et crucem sanctificare.

CXIII. Qui acciperit sacrificium post cibum VII diebus peniteat.

CXV. In iudicio episcopi est qui occiderit monachum uel clericum: arma relinquat uel VII annis peniteat.

315 CXVI. Qui occiderit episcopus aut presbiterum regi dimittendus est ad iudicandum.

CXVII. Laicus alterum occidens in meditatione: si non uult, arma relinquat, peniteat VII annis sine carne et uino; **117b** tribus annis super iram; si casu, I anno.

299 qūocumque *Ba₂* 303 ep̄is *Ba₂* 311 penīt *Ba₂* 313 penīt *Ba₂* 317 penē *Ba₂*

105a: C34, G168a, XVII.16a | 105b: C35, G168b, XVII.16b | 106: C50b, XVI.2b | 107: C98, XXVII.17 | 108: C99, D68, XXVII.31 | 109: C124, D69, G148, XXIX.14 | 110a: D72a, XXI.5a | 110b: C12, D72b, XXI.5b | 111a: C13, D73, G20, XXI.6a | 111b: C14, D74, G22, XXI.6b | 112: C15, D75, XXI.7 | 113: C37, D76, G19, XVII.7 | 114: C47, D77, XII.5 | 115: C137, D78, G109, IV.5a | 116: C138, D79, G108, IV.5b | 117a: C135, D80a, G112a, IV.4 | 117b: C136, D80b, G112b, IV.7a

320 CXVIII. In caticomino et in baptismo et confirmatione unus potest esse pater si necessitas cogit; non est tamen consuetudo sed per singula singuli suscipiunt.

CXVIII. Puer XV annorum per seipsum potest seipsum monachum facere.

325 CXX. Puella uero XVI uel XVII annorum, quia ante in potestate sunt.

CXXI. Monachorum licet uotum uouere sine licentia ablatis; ‹121b› si noluerit, dimittat si iuserit abbas.

CXXII. Pecunia ecclesiastica furata siue raptata reddatur quadruplum; ‹122b› popularia dupliciter.

330 CXXIII. Episcopus non debet abbates cogere ad sinodum ire nisi ab rationalis causa fit.

CXXIII. Abbas si habuerit monachum episcopatui dignum, debet dare si necesse est.

335 CXXV. Episcopus dispensat apud Grecos causas pauperum usque ab solidos L, rex uero si plus est.

CXXVI. Romani reconciliant hominem in absidam, Greci uero nolunt.

CXXVII. Dionisius Ariopagita ait: Blasfemat deum ipse qui missas offert pro malo homine.

340 ‹127b› Augustinus autem pro omnibus christianis offerendum esse dicit, quia aut his pro quibus offertur aut offerentibus aut poenitentibus oblatio prodest.

345 CXXVIII. *IDEM QVOQVE AVGVSTINV S AIT: EST QVIDEM uiuendi modus tam bonus ut non indigeat eucharistia; sed tamen propter eos offerimus, ut eorum meritis et orationibus adiuuari mereamur. Est uero quidam aliorum uiuendi modus nec tam malus ut non mereatur sacrificium offerri pro eo, nec tam bonus ut non indiguerit eucharistia; pro quibus maxime sepissimeque offert ecclesia, ut eorum ...*

326 ablatis sic *Ba₂* (*male pro abbatis*) **331** aba sic *Ba₂* (*male pro alia*) **334** ab sic *Ba₂* **335** L scripsi, ¶ (*id est uel*) *Ba₂* **336** CXXVI] *Ba₂^{a.c.}* **346** quidam] *qudam Ba₂^{a.c.}* **348** eorum] *hic textus desinit in Ba₂*

118: C69, XIX.8 | **119:** D166a, G43a (G186 ?), XXVII.37b | **120:** D166b, G43b (G186 ?), XXVII.37c | **121a:** C199, D167a, G44a, XXI.9a | **121b:** C200, D167b, G44b, XXI.9b | **122a:** C60a, D81a, G166, III.2a | **122b:** C60b, D81b, III.2b | **123:** C17, G21, XVII.3 | **124:** C16, XXI.10 | **125:** XVII.4 | **126:** XIII.1 | **127a:** D83, XX.8 | **127b:** D84, XX.9 | **128:** cf. *AVGVSTINV Enchiridion 29*